

Quamvis per Decretum diei 19. Decembris superioris anni 1829 a. S. R. C. prolatum atque a SSmo. Domino Nostro Pio VIII. Pontifice Maximo sub die 23. recensiti mensis et anni confirmatum privilegia omnia Capitulo Metropolitanae Barenensis diversis temporibus a Summis Pontificibus concessa sarta tecta fuissent, quum tamen exceptio in eodem inserta quoad Mitram auro contextam aliquid impedimenti et Capitulo et privilegiis ipsis afferre videretur, quoniam ejusdem Capituli Canonici amplioribus privilegiis et gratiis se aucti fuisse arbitrentur, propterea exhibitis denuo Apostolicis Literis sub forma Brevis expeditis a sa. me. Pio Papa VII. sub die 18. Novemb. 1819 ab eadem Sacrorum Rituum Congregatione expostularunt usum Mitrae auro contextae seu filo serico flavo aurea lamella intextae, ac ormisinio etiam serico ejusdem flavi coloris subsutae sibi non esse denegandum.

Sacra Congregatio ad Quirinale in Ordinario Coetu sub infrascripta die coadunata ad relationem Emi. et Rmi. D. Card. Petri Francisci Galleffi Ponenis, juribus de novo productis ad tramites Constitutionis „Decet Romanos Pontifices“ ejusdem Pii Papae VII. attente diligenterque libratis consideratisque allatis documentis ac praesertim Informatione et Voto Rmi. Baren. Archiepiscopi rescribendum censuit: „Ad mentem: et mens est ut solus Celebrans utatur Mitra ad formam concessionis sa. me. Pii Papae VII. absente Episcopo.“ Atque ita decrevit et servari mandavit die 17. Julii 1830.

Super quibus omnibus facta postmodum SSmo. Domino Nostro Pio Papae VIII. Pontifici Maximo per infrascriptum Sacrorum Rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis Rescriptum in omnibus adprobavit et confirmavit die 22. recensiti Mensis

et Anni. n. 4657. (Vd. Usus Pontif. decr. n. 4649.)

Abbas Collegiatae Ecclesiae Spiritus s. Benevent. gaudens usu Mitrae . . . non potest uti mitra auriphrygiata, sed tantum ex tela simplici. n. 5065. ad 1 die 27. Febr. 1847.

d) Minister.

Vd.: *Mitra* (Minister).

e) In Processione.

Cf.: *Mitra Canonic.* (in process.)

Dignitatibus Metropolitanae Syontinae habentibus usum mitrae ex privil. apost. non licet intra et extra ambitum Ecclesiae, puta in processionibus major et minorib., mitram cum velo appenso penes se praeferrere facere, nec in processionibus incipientibus a propria eorum Ecclesia et longius progrediendo, quam teneat ambitus murorum ipsius Ecclesiae, eis licet mitra. n. 2456. ad 1 et 2 die 15. Sept. 1668.

Dignitatibus et Canonicis Metrop. Urbinat. in processionibus SS. Corp. Chr. incedere non possunt capite mitra cooperto. n. 4224 ad 13 die 29. Jan. 1752.

f) In quib. Solemnitatibus?

Dignitatibus Metrop. Syontinae non in Officiis et missis defunctorum nec in diebus feriatis sed tantum in solemnioribus et ubique de praecepto licere jus utendi mitra. n. 2456 ad 4 die 15. Sept. 1668. Idem pro Dignitariis et Canon. Metrop. Urbinaten. n. 4224 ad 11 die 29. Jan. 1752.

Cf. *Usus Pontif.* (praecipue decr. Clem. XIV. 16. Oct. 1771).

5) Episcopi.

a) Auriphrygiata.

Vd.: *Mitra Ep.* (Diac. assist. etc.; pretiosa.)

Mitra auriph. utitur Episcopus ab Adventu Domini usque ad fest. Nativ.

excepta Dominica tertia Adv., in qua in signum laetitiae utitur pretiosa. Item a Septuag. usque ad feriam IV. Maj. Hebdomadis inclus. excepta Dominica quarta Quadrag. Item in omnibus vigiliis, quae jejunantur, et in omnibus quatuor Temporibus, in Rogat., Lytaniis et Processionibus, quae ex causa poenitentiae fiunt; in festo ss. Innocent., nisi veniat in Dominica, et benedictionibus et consecrat., quae private aguntur. Quibus quidem temporibus abstinere Episcopus a mitra pretiosa, poterit tamen, dum utitur auriphr., uti etiam simplici eodem modo et forma, prout de pretiosa et auriphr. dictum est. *Caer. Ep.* l. 1. c. XVII. n. 3.

b) Ad Benedictionem.

1) Finita Missa sol., Vesp., Laud.

Cum vero Episcopus benedictionem daturus est, sumpta mitra benedicit. Et si Indulgentia non fuit publicata post sermonem, publicatur ibi per presb. assistentem in cornu Epistolae; qua publicata Episcopus deponit mitra dicit *Dom. vob. etc.* Si celebrans sit Archiepiscopus dat benedictionem sine mitra. *Caer. Ep.* l. II. c. VIII. n. 80. 81. Episcopus (in Fer. V. in Coena Dom. SSmo. in altari remanente) sine mitra stans dabit bened. sol. *Ibid.* c. XXIII. n. 8.

Clauo ostiolo (Tabernaculi post post process. in Coena D.) Episcopus dabit bened. sol. stans sine mitra in latere Evang. *Ibid.* n. 13.

Dicto *Placeat etc.* Episcopus non utens cruce accepta mitra stans in medio altaris cantat: *Sit nomen etc.* Si vero erit Archiepiscopus vel alius crucem habens versus ad illam sine mitra dabit benedictionem.

Simili modo in fine Vesperarum ac Matutini seu Laudum Episcopus sive Archiepiscopus benedicit, cum ipse sol.

facit Officium. *Caer. Ep.* l. I. c. XXV. n. 5 — 7.

Cantato: *Ite missa est vel Bened. Diaconus Evang.*, si Celebrans daturus est bened. sol., imponit ejus capiti mitram pretiosam, nisi sit Archiep., qui sine mitra propter reverentiam crucis benedicit. *Ibid.* IX. n. 7.

2) Cum Reliquiis.

Vd.: *Bened. Episc. cum Reliquiis* (decr. n. 4815).

c) Diaconus missae imponit.

Tum sedenti Episcopo (indutis omnibus paramentis) imponitur per Diaconum mitra pretiosa, sumpta de manibus Capellani de illa servientis Subdiacono vittas elevante. *Caer. Ep.* l. II. c. VIII. n. 21. Vd.: *Locus mitrae. Mitra Ep.* (Diac. ass. I.); *Mitra Ep. ad Bened. finit. Missa etc.*

d) Diaconus assist. I. imponit.

Vd.: *Mitra Ep.* (simpl.; Minister; pretiosa; locus.)

Episcopus reddit incensato altari (post confessionem) thuribulum Diacono et accepta mitra pretiosa a digniori Diacono in officio Assistantis inserviente . . . incensatur a Diacono . . . Deinde vadit ad sedem et deponit mitra (per Diac. ass.) legit Introitum. *Caer. Ep.* l. II. c. VIII. n. 35.

Dicto *Kyrie* Episcopus sedet accepta per primum Diaconum assist. mitra auriphrygiata simplici, si haec placeat. *Caer. Ep.* l. II. c. VIII. n. 36.

Cum cantatur ultimum *Kyrie* Episcopo auferitur per Assistantem a sinistris gremiale et mitra, pileolum vero per Assist. a dexteris. *Ibid.* n. 37.

Cum Episcopo mitra imponitur, Diaconus ass. a dexteris impositio bireto illam imponit altero a sinistris adjuvante et vittas a tergo Episcopi aptante. *Ibid.* l. 1. c. VIII. n. 3.

In benedictione candelarum Episcopus utitur mitra simplex. *Ibid.* l. II. c. XVI. n. 4.

In tradendo pallio Episcopus celebrans utitur mitra simplici. *Ibid.* l. I. c. XVI. n. 1.

In Absolutione quatuor Praelati utuntur mitra simplici. *Ibid.* l. II. c. XI. n. 13.

Si Episcopus voluerit ipse absolvere accipit . . . mitram simplicem. *Ibid.* l. II. c. XIII. n. 6.

Episcopo defuncto mitra simplex imponitur. *Ibid.* l. II. c. XXXVIII. n. 10.

n) Ad ultimum Evang. legend.

Facto signo crucis super altari dicit Episcopus: *Initium s. Ev. sec. Joa. etc.* quod prosequitur, sumpta mitra et baculo, procedendo ad locum, ubi a principio accepit paramenta associatus a Canonicis. *Caer. Ep.* l. II. c. VIII. n. 80.

Dicto in altari: *Placeat etc.* incipiet Evang. s. Joan., quod prosequitur mitratu redeundo ad sedem suam. *Ibid.* c. XI. n. 9.

6) Episcopi assistentis.

Episcopus assistens missae sol. cum mitra et Pluviali surgat sine mitra, cum perventum fuerit ad Praefationem et incipit: *Per omnia saecula etc.* n. 3351 die 5. Mart. 1695.

Vd.: *Pileolum Episcopi* (depositio).

7) Episcopi Titul. assist.

a) Jus deferendi.

Ad dubium: an exercente Episcopo Pontificalia liceat Episcopo titulari assistenti una cum pluviali quoque deferre mitram Episcopalem absque consensu Episcopi localis? S. C. resp.: Posse, accedente consensu Episcopi. n. 3976 ad 4 die 10. Apr. 1728.

b) Materia.

Mitram Episcopi titularis assistentis debere esse lineam. n. 3976 ad 5 die 10. Apr. 1728. Cf.: *Mitra Ep.* (Mater.)

8) Ad Exequias.

Vd.: *Usus Pontifical.* (decr. n. 4593 ad 25 et 26; decr. Leonis PP. XII. die 4. Julii 1824.); *Mitra Ep.* (simpl.)

Canonicus mitratus Cath. Panormitanae non debet in loculo efferri et tumulari cum mitra. — In funerali seu anniversario Canonici defuncti mitrati, super tumulo ligneo erigi solito non debet mitra superimponi. — Ad sepulchrum Canonici mitrati defuncti non debet ad tholum mitra suspendi. n. 3052 ad 11—13 die 22. Apr. 1684.

9) Historia (de mitra).

Vd.: *Usus Pontifical.* (decr. n. 4649 nota.)

10) Impositio.

a) Per ipsum Deferentem.

Ad dubium: an liceat Archidiacono et Cantori Cathedralis Amalphitanae habenti usum mitrae, quando vel in throno vel in scamno canonicali assistunt Archiepiscopo pontificaliter celebranti, quod Clericus mitram iisdem imponat et auferat? S. C. resp.: non licere, quacunque consuetudine non obstante, sed imponendam et levandam esse per se ipsos, quando habeant usum mitrae ex indulto apost., secus abstineant. n. 2746 die 16. Aug. 1675.

Episcopus titularis assistens mitram per se ipsum imponere et amovere a capite debet. n. 3976 ad 6 die 10. Apr. 1728.

b) Per Ministrum.

Ministrare mitram Canonico mitrato solemniter celebranti spectare ad Diaconum celebrantem. n. 3052 ad 8 die 22. Apr. 1684.

Magistri Caeremoniarum abstineant in futurum (in Capella Pontificia) ab imponendo et auferendo mitram, nisi impeditis Diacono et Subdiacono. n. 3686 die 26. Apr. 1704; n. 3691 die 7. Junii 1704 (Bull. r. t. VIII. p. 433.).

Vd.: *Mitra Ep.* (Modus imp.)

11) In Insigniis Familiae.

Vd.: *Usus Pontifical.* (decr. n. 4593 ad 27 etc.); *Mitra Can.* (in missa etc.)

12) Minister.

Dignitatibus habentibus usum Mitrae, eam per Capellanos seu Ministros inferiores et non per Canonicos esse administrandam. n. 1441 ad 6 die 14. Mart. 1643.

Debet adhiberi Acolythus ad tenendam mitram cum oloserico velo ad collum pendente, in casu, quo *Canonicus* mitratus solemniter celebret. n. 3052 ad 9 die 22. Apr. 1684.

Vd.: *Usus Pontifical.* (decr. n. 4593 ad 21); *Mitra Abbatis* (in process.); *Mitra Canon. et Dignit.* (in process.); *Mitra Episcopi* (Minist.).

13) Estne semper Signum Pontificale?

Vd.: *Instr. Cl.* §. XXI. n. 11.

MONACHUS GRAECUS.

Vd.: *Presbyter graec.*

Monachis graecis seu Calogeris animarum cura nunquam committatur nisi ex necessitate vel alia justa causa.

Constit. Bened. XIV. 26. Maii 1742 (Bull. r. t. XVI. p. 97 X.).

MONASTERIUM.

Vd.: *Ordines religiosi; Mulier; Regulares* (Quid servare etc.) *Moniales; Bened.* (domus et monasterii); *Quae necessaria sint ad aedificanda nova monasteria*, vd.: *Constitutio Clem. VII.* die 27. Julii 1603 (Bull. r. t. X.

p. 172); *Constit. Innoc. XI.* die 18. Jan. 1684 (Ibid. t. XI. p. 410); *Constitut. Gregorii XV.* 17. Aug. 1622 (Ibid. p. 182). *De prohibitione aedificandi monasteria inconsulto Dioecetano et revocatione pridem concessorum*, vd.: *Const. Urbani XIII.* die 28. Aug. 1624 (Ibid. p. 188). *De Monasteriis perpetuae Adorat. SS. Sacram. in Gallia*, vd.: *Bullam Innoc. XI. IV.* Id. Decbr. 1676 (Ibid. t. XI. p. 202). *De ingressu Sacerdotis saecul. in Monaster. Regul.*, vd.: *Const. Bened. XIV.* die 14. Jan. 1747 (Ibid. t. XVII. p. 101).

MONIALES.

1) Adoratio SSmi.

Vd.: *Instr. Clem.* §. IX. n. 16, 17.

2) Benedictio Apostolica cum Indulg. plen. in art. mortis Monialibus impertienda.

Mazarien.

(Conc. Tr. C. 5. S. 25. De Reg.)

Collata fuit Episcopo Mazarien. consueta facultas dandi infirmis benedictionem apostolicam cum indulgentia plenaria in articulo mortis et facultas concepta est sequentibus verbis, erutis ex epistola eminentissimi brevium secretarii ad eum scripta:

„Desiderium Dominationis vestrae illustrissimae, quo benedictionem apostolicam cum indulgentia plenaria in articulo mortis agonizantibus istarum civitatis et dioecesis Mazarien. concedendi tenetur, exposui Sanctissimo Domino nostro, qui benigne annuit ut Dominatio vestra illustrissima ad triennium proximum benedictionem et indulgentiam huiusmodi agonizantibus civitatis et dioecesis praefatarum per se ipsam immediate auctoritate apostolica concedat; ubi vero praecisa necessitas exegerit, ac insimul noctis tempore dumtaxat, eidem permittit, ut alicui sacerdoti pio per Dominationem vestram illustriss. qualibet vice eligendo, quoad moniales autem illarum confessorio ordinario facultatem similem

Diaconi ass. Episcopo servient . . . et specialiter in ponendo et auferendo mitram, videlicet primo, cum pervenerit ante altare genuflexus; 2. post thurificationem altaris in principio missae, cum ipse thurificatur; 3. Cum dicit *Introitum* et *Kyrie eleyson, Gloria etc.*, cum dicit Orationes; 4. Ad Evangelium, id est, statim data benedictione Diacono; 5. statim finita confessione per Diaconum post sermonem pro absolute danda; 6. ad Offertorium; 7. cum post Offert. ad gradus altaris pervenerit, *sed hoc casu Diaconus Evangelii aufert ei mitram, et regulariter, cum Episcopus est apud altare, serviet ei Diaconus Evang., cum vero est apud sedem, serviunt ibi Assistentes, nisi ubi necessitas aliud suadet, ut post thurificationem altaris, quia tunc Diaconus ass. I. ei imponit mitram, cum Diac. Evang. sit impeditus cum thuribulo.* *Caer. Ep. l. I. c. VIII. n. 3.*

e) Dispens. ab usu mitrae.

Episcopus sub dominio Turcarum existens, cum sine vitae periculo exercere non possit Sacramentum chrismatis cum Mitra (et baculo) supplicavit sibi concedi, ut sine illa possit, quam gratiam Episcopo concedendam esse censuit S. C., dummodo, quoad fieri possit, in reliquis Pontificali romano se conformet. n. 1471 die 8. Aug. 1643. n. 1592 die 18. Dec. 1647.

f) Locus mitrae ab Offert. usque ad Commun. peract.

Postquam Episcopus (incensatus post Offertorium) laverit manus, aufertur ei mitra ab Assistentibus, quam minister de ea serviens reportat ad abacum . . . Celebrans cum s. communionem sumperit . . . accedit Acolythus de mitra serviens illamque porrigit Diacono . . . *Caer. Ep. l. II. c. VIII. n. 66. 76.*

g) Materia.

Vd.: *Mitra Canon., Dignit., Ep. titul. ass. (materia).*

Mitrae usus est antiquissimus et ejus triplex est *species*, una, quae *pretiosa* dicitur, quia gemmis et lapidibus pretiosis vel laminis aureis vel argenteis contexta esse solet; altera *auriphrygiata* sine gemmis et sine laminis aureis vel argenteis, sed vel ex aliquibus parvis margaritis composita vel ex serico albo auro intermisto, vel ex tela aurea simplici sine laminis et margaritis; tertia, quae vocatur *simplex*, sine auro, ex simpl. serico Damasceno vel alio, aut etiam lineae, ex tela alba confecta, rubeis laciniis seu frangiis et vittis pendentibus. *Caer. Ep. l. I. c. XVII. n. 1.*

h) Minister.

Vd.: *Mitra (Minister).*

Quartum ministrum de mitra servientem oportet velum seu mappam sericeam oblongam a collo pendentem gerere, qua utitur ad mitram sustinendam, ne illam nudis manibus tangat: caute autem advertat, ut cum ea Episcopo imponenda auferendave erit, immediate latere Diaconi assistentis illam imposituri vel ablaturi adhaereat, mitram offerens vel recipiens. In Vesperis in caepto primo Psalmo, deposita prima pretiosa super altari in cornu Epistolae offert simplicem in caepta antiphona Cantici (Magnificat anima mea etc.) offert pretiosam, et simplicem super altari in eadem parte locabit. In missis, dicto per Episcopum celebrantem seu non celebrantem, Hymno Angelico, adsit cum mitra simplici imponenda Episcopo sedenti, ipsa pretiosa super altari deposita. Ut plurimum enim solent Episcopi in Missa uti pretiosa usque ad dictum Hymnum Angelicum postmodum simplici usque ad finem Symboli

tum lecto Offertorio reasumere pretiosam eamque tenere usque ad finem Missae suo tempore. Cum praedictus minister mitram tenet, habeat vittas seu infulas illarum versus se ipsum, et cum illas deponit sive super altari sive super mensa aut abaco, vittae exterius pendeant. *Caer. Ep. l. I. c. XI. n. 6.*

i) Modus imponendi.

Vd.: *Mitra (Impos.); Mitra Ep. (Diac. ass. I.)*

Regulare est tam in Missis quam in Vesperis, quod existente Episcopo apud sedem suam sedenti semper aufertur et imponitur mitra; secus quando genuflectit pro oratione facienda, quia tunc stanti imponitur, genuflexo aufertur, et quando est apud altare, in missa stanti imponitur et aufertur. *Caer. Ep. l. I. c. VIII. n. 3.*

k) Pretiosa.

(Quando imponitur?)

Vd.: *Mitra Episcopi (Minister; Diaconus etc.; auriphr.; ad Bened. finita Missa etc.)*

Dicto Offertorio Episcopus accipit mitram pretiosam. *Caer. Ep. l. II. c. VIII. n. 57.*

Reddito thuribulo Diacono . . . et accepta mitra pretiosa ab Assistentibus . . . Episcopus thurificatur a Diacono triplici ductu (post Offertorium). *Caer. Ep. l. II. c. VIII. n. 64. 66.*

In Dominica tertia Adventus utitur Episcopus mitra pretiosa. *Ibid. l. I. c. XVII. n. 3.*

Pretiosa mitra utitur Episcopus in solemnioribus festis et generaliter quandoque in Off. dicitur: *Te Deum etc.* et in missa: *Gloria etc.* Nihilominus in eisdem festis etiam auriphryg. uti poterit, sed potius ad commoditatem quam ex necessitate, ne scilicet Episcopus nimis gravetur, si in toto Off. pretiosa utatur; propterea usu rece-

ptum est, tam in Vesperis quam in Missis, ut pretiosa utatur Episcopus in principio et in fine vespertinarum et sol. Missarum, ac eundo ad Ecclesiam et redeundo ab eadem, cum paramenta sumit ac deponit in sacrario et quando lavat manus et dat benedictionem sol. Intermedio autem spatio loco pretiosae utitur auriphr. *Caer. Ep. l. I. c. XVII. n. 2.*

l) Coram SSmo exposito.

Vd.: *Baldachinum Episcopi cor. exp. SSm (decr. n. 4125). Instr. Clem. §. XXV. n. 4. 5 Mitra Ep. (Ad Bened.)*

Finita Missa in festo SSmi Corp. Chr. Episcopus ad sedem stans cum mitra imponit thus, deinde accedet ad altare, ubi deponit mitra SSmum genufl. incensat. *Caer. Ep. l. II. c. XXXIII. n. 19.*

Omnibus expeditis Episcopus accepta mitra extra cancellos discedet in Sacristiam. *Ibid. n. 30.*

Episcopus (Fer. V. in Coen. Dom. SSmo in altari remanente) ad sedem accepto pluviali et mitra stans ponit incensum; quo facto redit ad altare, ubi nudo capite genuflexus incensat SSmum. *Caer. Ep. l. II. c. XXIII. n. 11. 12.*

Cum Episcopus pervenerit ad fores sacelli, ubi est SSmum repositum, deponit mitram (in Parasc.). *Ibid. c. XXV. n. 31; c. XXVI. n. 14.*

Vd.: *Lavabo (cor. SSmo).*

m) Simplex.

Dicto hymno *Gloria* Episcopus sedet accepta mitra *simplici*. *Caer. Ep. l. II. c. VIII. n. 39.*

Dicto *Credo* sedet Episcopus cum mitra *simplici*. *Ibid. n. 53.*

Vd.: *Mitra Ep. (Minist.)*

Simplici mitra utitur Episcopus fer. 6 in Parasc. et in Officiis et Missis Def. *Caer. Ep. l. I. c. XVII. n. 4.*